



Vi gemini versas CHRISTANNE
volumina Iuris,
Et patriam eximius condecorare
studes;

Gratulor ex animo, tibi quod non numine lauo
CHRISTINA in thalamos virgo pudica venit.
Vestra sed alternos cur spectant lumina vultus?
Mutuos & medijs ossibus ardet amor?
Num quia vestigas tu demtam è corpore costam,
Ortus principium queritat illa sui?
An quoniam has sponsis flammis inseuit amoris
Autor coniugij legitimiq; thori:
Ignis ut ardentis fierent hæ nobile pignus,
Quo Sponsam Christus diligit ipse suam?
Utraq; causa placet, magnis de rebus utrosq;
Connubio iunctos utraq; causa monet.
Nam Deus Adami sumens de corpore costam,
Conditor eximio corpore finxit Euam.
Virgo dein cepit, quæ dicta est ante virago,
Hæc quia sopiti corpore sumta viri est.
Non tamen hæc alto de vertice facta mariti,
Se dominam propriij ne putet esse viri.
Nec contra pedibus primordia duxit ab imis,
Abiecto famula ne sit habenda loco.

A 2 Parte